MONUMENTA
GERMANIAE

prelatorum subm[er]issio. Item clericos
per angarias afflixit, qui non so-
lum trahebantur ad iudicia secu-
laria, sed etiam cogebantur subire du-
ella, incarcerabantur et in patibu-
lis suspendebantur. Dixit etiam fri-
dericus audiente h. lantgravio: „Tres
seduxerunt totum mu[n]dum, moises
hebreos, iesus christianos et macho-
met sarracenos, quamobrem si prin-
cipes assentirent, ego multum (sic!) meli-
orem modum vivendi et credendi
cunctis nationibus ordinarem."
Propter hec et similia depositus
fuit et h. lantgravius postmodum
per iussum pape ab electoribus
principibus contra fridericum fuit
electus. Mccxlvii heinricus, lant-
gravius turingie, in odium friderici
electus, cunradum regem, filium friderici
cum suo exercitu aput franggenfurt
in die sancti oswaldi ignominiose
fugavit. Item ulmam obsedit
et diversi domini sibi adherentes
diversas obsident civitates, et tota
teuthonia devastatur igne et
ferro. Eodem anno lantgravius
vane recedens ab ulmo fluvio
ventris mortuus est. Eodem
etiam anno hüllingen civitas obsessa